



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De iustis ac probis viris. cap. xcv.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

PARALLELORVM LIB. I.
A DE VARIO AC DISSIMILI STATV
hominum. CAP. XCIV.

V E M A D M O D V M non omnes facies inter se similes sunt: sic etiam Pro.
nec hominum corda similia.

Non omnia omnibus expedient: nec omnis anima omni re dele- Eccl. 37.
ctatur. Non omnia omnibus conuenire existimandum est.

B Non una esca placet mortalibus omnibus: omni
Congrua Christicola vita nec una viro est.
Vtilis est cunctus fletus, labor, excubiaeque,
Imperio affectus atque tenere feros:
Et tumidum ventrem compescere, sequre Tonanti
Subiicere, extreum p[er]que timere diem.
Si summum exacte tentas iter, haud homo iam tu
Es mihi, verum aliquis de greg[e] caelicolu[m].

Naz. in
Car. devi-
ta itin.

DE IVSTIS AC PROBIS VIRIS.
CAP. XCV.

C O VIT Dominus qui sui sunt: & sanctos ad se suscepit. Num. 6.
Qui dilectus est a Domino, habitabit confidenter: & Deus glori- Deut. 33.
ficabit eum omnibus diebus.

Dixit Dominus ad Samuelem: Surge, vng[ue] Dauid, quia bonus es. 1. Reg. 16.
Iunior fui, etenim senui, & non vidi iustum derelictum, nec semen Psal. 36.
cuius querens panem. Iusti hereditabunt terram. Salus iustorum a Domino,
& protector eorum in tempore tribulationis. Iustus ut palma florebit, sicut 91.
cedrus Libani multiplicabitur. Lux orta est iusto, & rectis corde latititia. Ge- 96. 11.
neratio rectorum benedicetur. Gloria & diuitiae in domo eius, &c. Exortum
est in tenebris lumen rectis corde, misericors & miserator & iustus Dominus.

In memoria eterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Vox exulta- 117.
D tionis & salutis in tabernaculis iustorum. Dominus diligit iustos. Non fame 145.
necabit Dominus animam iusti.

Fons vita in manu iusti. Thesaurizatur iustis opes impiorum. Iustorum Pro. 4.
semita quasi lux splendens procedit, & crescit usq[ue] ad perfectum diem. Septies 24.
in die cadit iustus, & resurget. In bonis iustorum exaltantur ciuitates: & per os 11.
impiorum euertuntur. Probi viri habitabunt in terra: & innocentes relinquuntur 2.
in ea. Habitacula iusti benedicentur. Labia virorum iustorum stillat gratias:
& ex gutture iustorum manant gratiae. Radices iustorum non euellentur. Do-
minus iustorum benedicentur. Qui planè cernit, misericordiam consequetur.

Qui recte ambulat, timet Dominum. Qui citra reprehensionem in iustitia
E conuersatur, beatos liberos relinquit.

Bono homini in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam & letitiam. Eccles. 2.
Iustorum animae in manu Dei sunt, & non tanget illos terror mortis. Vi-
si sunt oculis insipientium mori, & existimata est afflictio exitus illorum. Et ab iti-
nere iusto abierunt in exterminium: & quod a nobis est iter exterminij: illi autem
sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalita-
tate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tenta-
uit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, &
quasi hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Iusti autem in
perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Dei:
quoniam dextera sua teget eos, & in brachio sancto suo defendet eos. Iustus, si 4.

D. IOANN. DAMASCENI

morte p̄tēoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Gratia & misericordia est in ele- F
ctis eius, & visitatio in sanctis eius.

Ecli. 35. Sacrificium viri iusti acceptum est Deo.

MAT. 12. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona.

Nat. Praestat à iusto c̄edi, quām à malo honore affici.

Nullas alias opes esse sapientis arbitratur, quam virtutis possessionem: nullam aliam nobilitatem, quam coniunctionem & familiaritatem cum Deo: nullam aliam dignitatem, ac potentiam, quam principatum in seipsum tenere, nec humanis calamitatibus succumbere. Vite huius corporeæ diurnitatem ager fert: ac velut qui per mare graibus ærumnis conflictantur, ad resurrectionis portum peruenire festinat.

simile. Quemadmodum fragrantia vnguentorum propinquum ærcem suavitatis sua perfundunt: sic etiam probi viri presentia ius, qui proprius cum eo versantur, emolumenntum afferunt.

DE HOMINE BILINGVI. CAP. XCVI.

Ecli. 5. 28. O N D E O N A T I O pessima super bilinguem. Omnis peccator inuidus & bilinguis ignominiam habebit. Sufurro & bilinguis maledictus: multos enim turbauit pacem habentes. Lingua duplex multos commouit, & dispersit illos de gente in gentem. Ciuitates muratas dividit, & domos magnatorum effudit. Lingua duplex mulieres viro H copulatas eiecit, & priuauit illas laboribus suis. Qui respicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requiescat.

DE IUDICIBVS INCORRUPTIS, ET
puras manus habentibus, ac iustitiae munere fun-
gentibus. CAP. XCVII.

Exod. 23. 22. 23. N S O N T E M & iustum non occides, & impium non absolu- ues. Vidua & pupillo non nocebitis. Non sequeris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Non accipies munera, quæ excæcant etiam prudentes, & subvertunt verba iustorum. Pauperis nō misereberis in iudicio. Non peruertes iudicium pauperis in lite ipsius. Non facietis iniustiam in iudicio.

Non accipies personam pauperis, nec admiraberis faciem potentis. In iustitia iudicabis proximum tuum. Eadem iustitia erit aduenæ & indigenæ. Non accipietis redemptionem animæ ab homicida. Qui reus mortis est, hūc morte afficies.

Deut. 16. Quod iustum est, iuste persequeris. Non agnoscetis personam in iudicio. Paruo & magno æquè judices. Non reuereberis faciem cuiusquam, quia iudicium Dei est. Non declinabis faciem aduenæ, nec pupilli, nec viduae: nec oppignerabis ve- K stem viduae. Maledictus qui accipit munera, vt percutiat anima sanguinis innocentis: & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruerit iudicium aduenæ, pupilli & viduae: & dicet omnis populus, Amen.

Discite: & non sit iniustitia: & cum iusto conuenite.

Iob. 32. Qui puris est manibus, fiducia assumat. Iniustos & iniquos irridebit. Hominem non erubescam, nec mortalem reuerebor. Neque enim scio admirari hominem. Sin fecus, tineæ me arrodant.

Psal. 14. 105. Munera super innocentem non accepit. Qui facit hæc, nō mouebitur in æternum. Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.

Pro. 31. 15. 18. Aperi os tuum, & omnes iuste iudica. Qui munera odit, salutem consequetur. Pretiosa res est vir purus. Reueneri faciem iudicio non est bonum.

Hier. 9. In hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me, quia ego sum Dominus, qui facio